

in quibus Archiepiscopus postquam Matutinum solemniter peregit, Laudes quoque solemniter celebrare voluit.

« Ad 4. *Negative*.

« Ad 5. Assertam consuetudinem non esse ferendam, et Laudes in Choro alternatim, solemniter Matutino absoluto, recitandas esse.

« Ad 6. *Negative* juxta modum, ea nimirum in parte, quæ Cæremionali Episcoporum adversatur.

« Ad 7. *Negative*.

« Ad 8. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

« Ad 9. *Negative*.

« Ad 10. *Affirmative*.

« Ad 11. *Negative*.

« Ad 12. Probetur formiter asserta consuetudo.

« Ad 13. *Negative*, atque ita servandum in omnibus aliis Pisanæ Diocesis Ecclesiis tam exemptis, quam non exemptis.

« Ad 14. Servandam esse dispositionem Cæremonialis.

« Ad 15. Serventur Rubricæ.

« Ad 16. Servandam esse dispositionem Cæremonialis lib. 2. cap. 9. § 24. et 27. eo modo ut Subdiaconus deferens Archiepiscopalem Crucem sit paratus; atque Acolytus deferens Crucem Capituli sit Cotta indutus, medius tamen inter duos Ceroferarios cum luminaribus.

« Ad 17. *Negative*.

« Ad 18. Serventur in omnibus etiam in Vestibus Diaconorum Assistentium Cæremonialis Episcoporum, et memoriales Rituum dispositiones.

« Ad 19. Servari poterit peculiaris consuetudo sed consulendum Sanctissimo.

« Ad 20. Diaconus, et Subdiaconus ut præsto sint ad induendum Episcopum, quum dictum fuerit in Litanis Sancta Maria, surgentes recedant ad Sacristiam, ubi depositis violaceis Planetis, assumant Dalmaticam, et Tunicellam albas, nec revertantur ad Altare, nisi quum, absolutis Litanis, solemniter inchoanda sit Missa.

« Ad 21. Servari posse solitum, admissim tamen servatis Rubricis novissimæ Martyrologii editioni adjectis; dummodo Archiepiscopus noluerit solemniorum alium inducere ritum.

« Ad 22. *Affirmative* quoad utramque partem.

« Ad 23. *Negative*, et servetur omnino Cæremionale Episcoporum.

« Ad 24. *Affirmative*, sed attentis peculiaribus circumstantiis in casu, de quo agitur, consulendum Sanctissimo pro extensione Indulti Archiepiscopi Pisani ad tramites Constitutionis sa. me. Pii VII. Pisana die 27. Aug. 1822.

« Atque ita censuit, et servari mandavit, die 12. Novemb. 1831. »

(19. Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo fideli relatione, Sanctitas Sua Sacræ Congregationis responsa in omnibus approbavit et benigne annuit pro Apostolica Dispensatione quoad 2. 19. et

24. Dubium. Contrariis non obstantibus quibuscumque. die 18. recensiti Mensis et anni.

(20. Ut in Divinis persolvendis Laudibus omnia rite et juxta sancitas leges peragantur, Sacrorum Rituum Congregationi sequentes Quæstiones, et Dubia enodanda proposuit Canutus Bruschi Canonicus Collegiæ Ecclesiæ Oppidi Podiibonitii Diocesis Colleen. nomine etiam Cleri ejusdem Oppidi, nimirum.

« Utrum decretum Urbis et Orbis sa. me. Pii VII. Pontificis Maximi datum sub die 18. Sept. 1814. quo præcipit ut in posterum in universa Ecclesia ubique Terrarum quotannis in Dominica Tertia Septembris celebretur Festum Dolorum Beatæ Mariæ Virginis sub ritu duplicis majoris, abrogaverit, atque aboleverit omnia peculiaria Decreta aliquibus Diocesis antea concessa celebrandi idem Festum sub ritu duplicis secundæ Classis cum Octava? »

« Utrum nostra Diocesis, quæ suscepit decretum supramemoratum illudque servavit usque adhuc, possit modo inconsulta Sede Apostolica, resumere observantiam alterius Decreti ejusdem Summi Pontificis Pii VII. pro Regno Hetruriæ emanato sub die 18. Novembris 1807. eum quo concessit recitari posse Officium Septem Dolorum in Dominica Tertia Septembris sub ritu duplici secundæ Classis, et cum Octava? »

Si responsio ad secundum Dubium erit affirmativa, oriuntur sequentes quæstiones nimirum :

« Cadens in Dominica tertia Septembris Festum Sancti Matthæi Apostoli, et Evangelistæ, quale de duobus Officiis ejusdem ritus remitti debeat juxta Rubricas? »

« Si in die octava septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis occurrat Festum ejusdem Beatæ Virginis sub titulo de Mercede, quæritur, an eo Anno transferendum sit, vel Octava omitienda, uti evenit quando in Octava Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis occurrat Festum Sanctissimi Nominis Ejusdem? »

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata in ordinario Cœtu, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus mature perpensis, atque libratibus, respondendum censuit :

« Ad 1. *Negative*.

« Ad 2. *Affirmative*, et ad primam quæstionem, servetur Generale Decretum diei 19. Augusti 1817. ad secundam quæstionem, *affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

« Atque ita rescripsit, et servari mandavit Colleen. Die 7. Aprilis 1832. »

(21. Eminentissimi Patres : Fr. Emmanuel Fontserè Monachus professor, Cæremonialium Magister Regalis Monasterii Divi Hieronymi Vallis de Hebron Diocesis Barchinonensis Sacræ Rituum Congregationi humillime exponit, a tempore immemorabili festum celebratum fuisse, recitatumque Officium Dedicacionis Ecclesiæ supradicti Monasterii usque ad annum 1807, quo tempore quum subortum fuerit dubium, utrum prædicta Ecclesia esset consecrata, aut benedicta tan-

tum, omisa est illius festivitatis celebratio. Ambigendi occasio inde sumpta est, quod nulla Crux, nullum aliud signum in Ecclesia videatur, unde inferri valeat illam fuisse consecratam. Verum præter allatam consuetudinem, quod non leve argumentum præstat ut Ecclesia credatur consecrata, extat quoque hujusce rei aliud testimonium in quodam libro perantiquo manuscripto, et caute custodito, ubi notatur, ac legitur : traditos fuisse sexaginta solidos Reverendissimo Domino Episcopo Rodenico polis ob Ecclesiæ consecrationem : quæ tamen ultima verba ambigentes opinati sunt per errorem, aut inscitiam scriptoris in prædictum librum irrepsisse, adeoque legendum *benedictionem*, non *consecrationem*. Postmodum anno 1829. consulti sunt super hac re duo Vicarii Ecclesiastici Civitatis Barchinonensis, iique in Rubricis, et Sacris Ritibus peritissimi, qui omnibus perpensis, scrupuloseque examinatis censuerunt : prædictum Festum haud rite fuisse ommissum, ideoque rursus celebrandum, ac prosequendum in posterum tum ob consuetudinem antiquissimam, et immemorabilem recitandi de eo Officium, tum quia nullum apparet monumentum evidenter ostendens dictam Ecclesiam non fuisse consecratam ; quinimo probabilius judicandam esse talem ob probationes adductas. His expositis quæritur :

Utrum possit necne celebrari in futurum Festum dedicationis suæ Ecclesiæ, ac recitari Officium a Patribus Hieronymianis Monasterii Vallis de Hebron? »

Utrum Capitulum Generale Ordinis facultatem habuerit diem indicendi pro hoc festo celebrando, quod fecisse videtur Capitulum Generale anni 1591. designans diem XIV Julii ejusdem anni pro hujus festivitatis celebratione? »

In casu, quo Capitulum Generale prædicta caruerit facultate, ac æquum visum fuerit Eminentissimis Vestris, ut istud Festum quotannis ut antea celebretur, humiliter Eminentissimis Vestris supplicatur, ut eandem diem XIV Julii pro celebratione dignentur designare.

Sacra autem Rituum Congregatio in Ordinaris Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature perpensa, diligenterque examinata, rescribendum censuit *Negative* in omnibus. Ordinis Sancti Hieronymi Vallis de Hebron. Diocesis Barchinonen. Die 7. Aprilis 1832.

(22. Apud Podium Bonitium in Etruria Diocesis Colleen. celebris est memoria Beati Lucii, seu Luchesi Confessoris qui pluribus exornatus virtutibus, habitu tertii Ordinis Sancti Francisci suscepto, in vita sanctis operibus, post obitum multis Miraculis coruscavit, sicuti refert Martyrologium Romanum trium Ordinum ejusdem Sancti Francisci decimo septimo Kalendas Maii. His permotus Beatus Gregorius X. Summus Pontifex, dum ad Lugdunense Concilium iter institueret Podium Bonitium visitans expetivit, ut sacro agmine instituto, Caput supradicti Beati circumferretur per Oppidum; quo ex tempore, pia traditione docente, haberi cepit idem Beatus Lucius veluti Præcipuus Oppidi, et Comitatus Patronus, ejusque Festum veluti Patroni servari. Novissimis tamen temporibus Populo Oppidi Podii Bonitii accessit onus servandi etiam sub utroque præcepto Festum Sancti Martialis Patroni Civitatis, et Diocesis Colleen. Sed quum Sancti Martialis

festivitas recurrat quotannis Kalendis Julii, plerumque contigit eundem Populum trium sibi succedentium dierum festivorum periodo gravari ea maxime tempestate, qua maturæ messis fervent opera, nec adest tantum periculum violandi præcepti et occasio, sed etiam ipsamet necessitas. Quapropter Clerus, et Populus Podii Bonitii, et Comitatus ejusdem præ oculis habentes Epistolam sa. me. Benedicti Papæ XIV. datam quarto decimo Kalendas Augusti anno 1749. Archiepiscopis et Episcopis Etruriæ, quæ præcipit cujusvis tantum Præcipui quatuordecimque Civitatum vel Locorum Patroni pro veteri Ecclesiæ Catholice instituto Festum sub utroque præcepto esse servandum; Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicaverunt, ut elevato ad integrum præceptum Festo Beati Lucii Præcipui Patroni ejusdem Oppidi, et Comitatus, servilia opera in Festo Sancti Martialis necessitate tantum Sacrificio adstandi servata, permitteret. Et Sacra eadem Congregatio nihil primitus declaravit; sed sub die 12. Novembris 1831. Reverendissimi Episcopi Informationem, et votum requisivit. Quo percepto, iterum sub die 7. Aprilis superioris Anni 1832. præcepit ut poneretur in Folio, ut omnia maturius considerari valerent. Habita postmodum nova ejusdem Episcopi Informatione sub die 16. Martii vertentis anni rescripsit : *Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem*. Sacræ Congregationis mens fuit percipere, ut quum jam ab anno 1780 firmiter recognitus fuerit Beati Lucii Patronatus, et Officium proprium approbatum, aliquid esset ab ipsomet Episcopo in re observandum. Quum autem Reverendissimus Colleen. Antistes declarasset nihil aliud superesse observandum, promptumque esse ad qualemcumque decisionem admittendam, Sacra eadem Congregatio in Ordinaris Comitibus ad Quirinale sub infrascripta die coadunatis ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Caroli Odescalchi Episcopi Sabnen. Pontentis, omnibus denuo mature riteque libratibus rescribendum censuit : *Pro gratia, sublato onere audiendi Sacrum in die Sancti Martialis*. Die 17. Augusti 1833.

(23. Super quibus omnibus facta postmodum per me infrascriptum ejusdem Sacræ Rituum Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo fideli relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacræ Congregationis confirmavit, annuitque ut in Oppido Podii Bonitii, ejusque Comitatu servetur tantum sub utroque præcepto Festum Beati Lucii præcipui Patroni, sublato onere adstandi Sacro in Festo Sancti Martialis præcipui Patroni Civitatis, et Diocesis Colleen. Die 23. Augusti 1833.

(24. Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit Sacerdos Angelus Fioridiponte Archiepiscopus, et Parochus collegiæ Ecclesiæ Sancti Laurentii, et Sanctæ Mariæ Novæ Oppidi vulgo Toffia. Nullius Farfen. ex antiquo more Archiepiscopus memoratæ Ecclesiæ consuevisse in omnibus Ecclesiasticis Functionibus, nimirum in Choro, in Processionibus, in administratione Sacramentorum uti Stola, quam quidem consuetudinem ad hæc usque tempora hodiernus Parochus servavit. Verum quum in præsentiarum ab hujusmodi pacifica possessione deturbetur, optime duxit nihil immutare, inconsulta hac Sancta Apostolica Sede, ac propterea a Sacra ipsa Congregatione enixè petit declarari : an sibi liceat uti Stola in omnibus Ecclesiasticis Functionibus, quemadmodum semper servatum est, vel an debeat Stolam assumere tantum in administratione Sacramentorum?

Et Sacra eadem Congregatio sub infrascripta die ad Vaticanum in Ordinario Cœtu coadunata, infrascripto Secretario referente omnibus mature libratibus, respondendum censuit : *Serventur Decreta, nimirum Stolam adhibendam solummodo in Sacramentorum administratione*. Nullius Farfen. Die 26. Aprilis 1834.

(25. In Ordinaris Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus hodierna die ad Quirinale habitis, per infrascriptum Secretarium proposito pro opportuna solutione sequenti Dubio, nimirum : Utrum Canonici sacris induti Vestibus adhibere possint Chorum paratum vulgo *di damasco, seta o velluto* dum solemniter Sacra peragunt Episcopus in sua Diocesi, vel Cardinalis Titularis in propria Ecclesia? Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, re mature, diligenterque examinata, rescribendum censuerunt : *In Choro stabili non licere*.

Atque ita servari mandarunt. Romana die 6. Sept. 1834. (26. Archiepiscopus, et Clerus Oppidi vulgo Farnese intra limites Diocesis Aquispendin. ad propellendam omnem ambiguitatem quoad celebrationem Festi præcipui Patroni, Sacrorum Rituum Congregationi supplicarunt humillime pro declaratione insequentium Dubiorum, nimirum :

« An post electionem, et confirmationem Apostolicam Sancti Isidori Agricola in Patronum præcipuum memoria i Oppidi de Anno 1815, factam, lucolæ Oppidi ipsius to-



neantur adhuc ducere sub præcepto festum diem nomen Novembris, in quo occurrit Festum Dedicationis Sanctissimi Salvatoris, cujus sub titulo erecta reperitur Ecclesia matrix, uti antea fieri solebat?

Et, quatenus non teneantur, an hoc Festum Titularis cum ritu competenti instituire debeant ipsa die IX. Novembris, vel potius Dominica tertia Julii, in qua Officium occurrit Sanctissimi Redemptoris?

Hujusmodi Dubiis per infrascriptum Secretarium relatis in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Vaticanum habitis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Rilibus præpositi, omnibus mature, accurateque perpensis rescribendum duxerunt:

«Ad 1. Non teneri.

«Ad 2. Festum Titularis in casu esse Festum Transfigurationis Domini, juxta Decretum in Varmien. Die 29 Nov. 1773; ac proinde octavo Idus Augusti instituendum.

«Et ita rescriperunt, ac servari mandarunt. Aquispeudien. die 25 Maii 1835.»

S. CONGREGATIONIS REV. FABRICÆ S. PETRI.

(1. Festivitas in honorem Divi Peregrini Latioi, cujus corpus in Ecclesia Patrum Servorum B. M. V. Forolivi asservatur die 1 Maii quotannis habenda, in eadem Ecclesia a Communitate quoad functiones ecclesiasticas celebrari debet, servata forma decretorum S. Congregat. Rituum, et Constitutionum Synodaliū. Forolivi die 11 Sept. 1784. dub. 2.

(2. Inde quaesitum est: an dictæ Communitati competat jus celebrandi in Capella Divi Peregrini alias solē-

FIDEI PROFESSIO.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Obtinentes beneficium cum cura animarum, Dignitates, Canonicatus in Ecclesiis Metropolitanis, vel Cathedralibus satisfaciunt præcepto Sacri Concilii Sess. 24. cap. 12. de Reformat. si professionem fidei emittant post susceptam institutionem, vel collationem, et antequam in possessionem immittantur: Tirasonen. Visit. SS. LL. 11. Maii 1782. dub. 1.

Et qui fidei professionem facere tenentur, et ultra præfixum bimestre tempus distulerint, non priventur fructibus diei primi bimestris, sed fructibus ex post lapsis, a die nempe præteriti primibimestris, destituuntur: *Ibid.* dub. 2.

(2. Inter nonnullos Ecclesiasticos sæculares, ac Regulares in Hispaniarum Regnis existentibus contentiones cupidiores quam veritatis, de disciplina ecclesiastica quaestio facta est: et res eo cessit, ut ad aures Regis Catholici perveniret, qui per suum Oratorem in Urbe a Sede Apostolica, quæ Orientis et Occidentis consultationibus respondit, postula-

FRUCTUS ECCLESIASTICORUM.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Canonico Mathilgensis Ecclesie Dominico Alexandrini Sereni, qui in legitima constitutus ætate sacros Ordines non susceperat, Sacra Congregatio fructuum condonationem concessit, erogata aliqua pecuniarum summa in Christi pauperes, atque ad suam explorandam vocationem, ulteriorem concessit terminum sex mensium. In Mathi-

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Sacer Ordo stetit in decisio, iterumque decrevit ex Vicarii Apostolici rescripto satis aperte constare sodales SS. Stigmatum Philoptrani jus habere tumulandi in sua Ecclesia cadavera, dempta tamen ex emolumentis quarta pro Parocho. In Autimana Juris tumulandi 28. Mar. 1838.

(2. S. Cong. distulit iudicium ad 1. post prox. super controversia enata quoad funerum emolumenta Parochos inter

nitates, ac functiones sacras? et quatenus affirmative.

An, quo tempore, quibus modis et formis, quorum consensu, et facultatibus dictæ functiones, et solemnitates sint celebrandæ? Affirmativum datur ad utrumque responsum, de consensu Religiosorum, et cum licentis Episcopi juxta modum, et formam ab Episcopo eodem præscribendam. dub. 3. et 4.

(3. Sub nomine solemnitatum Sanctissimi Natalis non comprehenduntur dies tres consequentes; sed sub nomine Solemnitatis Paschatis comprehenduntur duo dies, qui primum consequuntur. Et solemnitas incipere debet a primis Vesperis festivitatum, et in Sabbato Sancto. Romana die 2. Julii 1785. dub. 9.

(4. Sub primis autem Vesperis Paschatis comprehendendum debet Missa solemnitas Sabbati Sancti, non vero ejusdem diei functiones. Ead. die 27 Febr. 1790.

(5. Ad tramites primæ dispositionis Sacerdotis Petri Mariae Bosii extractum fuit Oratorium, ut dicaretur S. Bernardo, et in quo festum illius quotannis celebraretur. Præ illius angustia in diversum usum conversum est, et festum fuit in alia Ecclesia celebratum. Collegium hodie Doctorum Theologiæ Civitatis Parmæ præfati Fundatoris heres supplicat pro facultate decentem aliquam alterius Ecclesiæ Capellam in locum Oratorii subrogandi. Assentitur Episcopus, cujus mensa substituta est Collegio, et Sacra Congregatio annuit juxta votum Episcopi. Parmen. die 7 Junii 1788.

(6. Patribus de Observantia Conventus Siroli in propria Ecclesia celebrare non licet festum Sanctissimæ Crucis eodem die, quo in Ecclesia SS. Crucifixi celebratur. Anconitana Trans. Mis. die 14. Martii 1789. dub. 2.

vit decisionem. Censuit enim S. C. in qualibet nova provisione Canonice dignitatum in Ecclesiis Cathedralibus, etiam in eadem Ecclesia iterandam esse professionem Fidei ad formam decreti Sacri Concilii Tridentini Sess. 24. cap. 12. de Reformat. Dubia super professione Fid. in Regibus Hispan. 5. Aprilis 1786. dub. 1.

(5. Insuper declaravit eam emitti debere coram Ordinario, vel ejus Vicario Generali, et tempore Sedis Vacantis coram Vicario Capitulari, et Capitulo, minima vero etiam stante contraria consuetudine licere eam pronunciare coram solo Capitulo, nec iis in Diocesis, in quibus Ordinarii præter Vicarium Generalem habent alterum Vicarium de gremio Capituli ad effectum convocandi Capitulum, et eidem interveniendi in rebus respicientibus Ordinarium et Capitulum: *Ibid.* dub. 2.

Denum firmavit eadem S. C. posita bona fide consulendum esse SSnum pro absolutione a restitutione fructuum pro tempore præterito quoad eos, qui professionem fidei coram Capitulo, ut supra enunciarunt. *Ibid.* dub. 3.

licen. Prorogationis et Sanationis 20. Februar. 1802.

(2. Reservationis fructuum onere gravari nequeunt Parochiales Ecclesiæ, nisi excedant summam ducatorum 100. Asc. Par. 24. Nov. 1781. § 12.

Etiamsi a resignante obtentus fuerit titularis consensus, quia talis reservatio vergit in damnum tam Parochi, quam Ecclesiæ et populi: *Ibid.*

FUNERALIA.

et PP. Capuccinos ac Centumcellani Cæmeterii Capellanum. In Portuen. et Centumcellarum 2. Maii 1838.

(5. Ne qua utilitate ab jure concessa Centumcellani Parochi priventur decrevit S. Congr. illis deberi funerum emolumenta, juxta tamen receptam consuetudinem; ex transportatione cadaverum, quæ pompa solemniter instituta peragitur ab aliqua urbis Ecclesia seu ad publicum cæmeterium, seu ad Templum PP. Capuccinorum. In eadem 22. Aug. 1838.

FINIS TOMI TERTII.



Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.